

TITULO XV.

DE COMO DEBE SER PARTIDA LA HERENCIA ENTRE LOS HEREDEROS, DESPUES QUE FUEREN ENTREGADOS DELLA. E OTROSI, DE COMO SE DEUEN AMOJONAR LAS HEREDADES, QUANDO CONTIENDA ACAESCIESSE ENTRE ELLOS EN ESTA RAZON (a).

Entregados seyendo los herederos de la heredad, e de los bienes del finado, acaesce muchas vegadas des- acuerdo (1) entre ellos, por razon de las cosas que son apoderados todos comunalmente, por que por fuerza han de venir a particion (2). Onde pues que en los titulos ante deste fablamos de como deuen ser apoderados los herederos en los bienes de aquellos a quien heredan, queremos aqui dezir; como los deuen partir entre si. E mostrar, que cosa es esta Particion. E que pro viene della. E quien son aquellos que la pueden demandar. E a quien. E quales cosas pueden partir. E quales non. E en que manera deue ser fecha la particion. E de si diremos, e mostraremos, que poder ha el Juez, ante quien vienen a pleyto los herederos en razon desta particion.

(a) Titulos 1 y 3, lib. 10 del F. J.—Tit. 3, lib. 5 del F. V. de Cast.—LL. 4, 2 y 3, tit. 3; LL. del tit. 4; L. 13, tit. 5 y LL. 4 y 5, tit. 9, lib. 3 del F. R.—LL. 203 y 214 del Estilo.—L. 1, tit. 4, lib. 5 de las OO. RR.—LL. 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 15, 16, 28, 30, 36, 54, 60, 77 y 78 de Toro.—L. 5, tit. 3; LL. del tit. 4; LL. 1 y 2 del tit. 5; LL. del tit. 20; LL. del tit. 21, y L. 1, tit. 22, lib. 10 de la N. R.

TITULUS XV. FAMILIÆ ERCSUNDÆ, IN SUMMA.

(1) *Desacuerdo*. Communio solet excitare discordiam, ut hic, adde l. in communi, D. de servit. urban. prædior. et l. cum pater, §. dulcissimis, D. de legat. 2. l. si non sortem, §. si centum, D. de condit. indebiti.

(2) *De venir a particion*. Nam signius expediant commissa negotia plures, et naturale vitium est negligi, quod commune est, ut se nihil habere, qui non totum habeat, arbitretur: denique suam quoque partem corrumpi patitur, qui invidet alienæ, l. 2. C. quando et quib. quarta pars, lib. 10. unde divisio quæ procedit de fratrum concordia, laudatur, l. fin. D. famil. ercis.

LEY I.—Que cosa es particion, e que pro viene della.

Particion es departimiento que fazen los omes entre si, de las cosas que han comunalmente (1) por herencia, o por otra razon. E viene ende grand pro (2), quando es fecha derechamente. Ca se tiran por ella desacuerdos (3) muy grandes, que nascen entre los omes a las vegadas, por razon de las cosas que han de so vno; e tienese cada vno por pagado con su parte, quando la ha, e aliñala mejor, e aprouechase mejor, e mas della.

LEX I.—Divisio est communium rerum partitio, et per eam evitantur scandala, et quilibet contentatur parte sua, prædilgens eam, quam communem. Hoc dicit.

(1) *Comunalmente*. Nam ubi non est communio, non habet locum divisio, l. sed si forte, et ibi Bartol. D. de rebus eorum.

(2) *Grand pro*. Ut in dict. l. 2. C. quando et quib. quarta pars; aliquando tamen expedit rem cum alio habere communem, l. in hoc iudicium, §. si conveniat, in fin. D. commun. divid. Et adde etiam, quod titulus divisionis præstat justam causam præscribendi, l. si ancillam, §. si pater, D. pro suo, gloss. fin. et ibi notat Florian. in l. cum putarem, D. famil. ercisc. et Glossa, et ibi notat Paul. in l. 1. C. commu-

nia utriusq. iudicii, Bartol. in l. cum solus, D. de usucaption. col. 2.

(3) *Desacuerdos*. Ut supra in rubr. sil et Ambros. in lib. de Abraham, cap. 5. dicit, divide, ut potius maneat amicitia; indivisa domus duos non sustinet: et adde l. sancimus, §. aliis vero, versic. sin autem non in auro, C. de donation.

LEY II.—Quien son aquellos que pueden demandar particion, e a quien; e quales cosas pueden partir, e quales non, e en que manera (a).

Cada vno de los herederos (1) que ha derecho de heredar los bienes del finado, puede demandar a los otros que los partan entre si. E pueden ser partidos (2) estos bienes, segun manda el testador en su testamento, quando lo fizo; o si murio sin manda, deuen partir la herencia del, segun dizen las leyes que fablan en esta razon, en los titulos (3) que son puestos de suso. Pero si en los bienes del testador fueren falladas algunas cosas malas (4), assi como ponçoñas (5), o malas yeruas, o dañosas melecinas (6), o libros, o escrituras de encantaciones malas (7) (b), o otras cosas de aquellas que son defendidas que non vsen los omes dellas, non las deuen partir entre si; ante dezimos, que las deuen quemar, e destruir (8) (c). Otrosi, si fallaren en los bienes de la heredad algunas cosas que fuessen mal ganadas, assi como si aquel que las gano, fue ome que recibio, o tuuo en su poder algunas rentas del Rey (d), e furto algo dellas (9), o si furto, o robo, o forço a otro ome alguna cosa, o lo gano de usura (10) non lo deuen partir entre si los herederos; ante dezimos, que deuen tornar (11), e dar estas cosas atales a aquellos cuyas fueren, o a los que lo suyo ouieren de heredar. E si non supieren ciertamente, cuyas fueron estas cosas que fuessen assi ganadas, estonce se deuen dar por Dios (12); porque el anima de aquel que assi las gano, no sea penada por ellas (13).

(a) L. 2, tit. 4, lib. 3 del F. R.

(b) Ya no se conocen libros de encantaciones malas; pero hay muchos libros de mucho mas perniciosa lectura.

(c) Consideramos hoy mas razonable y equitativo adjudicarlos á alguno de los herederos, si lo hubiere, que por razon de su profesion ó circunstancias especiales, pueda licitamente usarlos y quiera recibirlos; ó podrán venderse en caso contrario y distribuirse su importe entre los coherederos.

(d) O del Estado.

LEX II.—Quilibet hæredum potest divisionem petere à cohærede hæreditatis defuncti; non tamen debent dividi malæ herbæ, seu positiones, aut libri incantationum, sed comburantur; nec etiam malæ acquisita in hæreditate inventa, sed dominis aut eorum hæredibus restituantur, aut eis non inventis, amore Dei dentur. Hoc dicit.

(1) *Herederos*. Quid si sit prodigus unus ex hæredibus, cui bonis interdictum sit? Vide textum singularem in l. ex castrensi, in princ. D. de castrensi pecul. quod iste neque provocari potest ad divisionem; quem textum dicit singularem Baldus in l. jubemus nulli, C. de sacrosanct. eccles. Minor etiam viginti quinque annis, seu ejus curator poterit petere divisionem, ut probari videtur in l. Lucius, D. famil. ercisc. quod procedit indubiè, quando pupillo vel adulto utile sit, nam aliàs licet provocari, ipsi provocare non possunt ad divisionem, ut l. inter omnes, C. de præd. minor. l. inter pupillos, D. de auctor. tutor. tradit Bart. in dic. l. 2. C. quando et quib. quarta pars, et ibi latè Lucas de Penna, col. 5. et 4. Jacob. de Aret. Cyn. et Bald. in l. 1. C. si advers. transact. Bald. in l. 1. D. de rebus eorum, Bart. et Doctores in l. si convenerit, D. pro socio, Gloss. et Bart. in dict. l. jubemus nulli, et tradit etiam Joan. Andr. in addition. ad Specul. tit. de curat. in rubric. De furioso verò idem est dicendum, quod de

minore, secundum Bald. in dict. l. jubemus nulli, in princ. cum gaudeat privilegiis minorum, Gloss. in l. 2. C. de curat. furios. De ecclesia etiam vide in dict. l. jubemus nulli.

(2) *Partidos*. Concordat cum l. 2. D. eod.

(3) *En los titulos*. Suprà de testam. qui est ead. Part. tit. 1. et in tit. 15. ead. Partit. ubi de successione ab intestato.

(4) *Cosas malas*. Concordat cum l. cæteræ, §. mala medicamenta, D. eod. unde neque veniet ista in petitione hæreditatis, prout arguit ibi Baldus.

(5) *Ponçoñas*. Antiquitus in civitate Masiliensi venenum cicuta temperamentum publicè custodiebatur, quod dabatur ei, qui aliquid commisisset, propter quod mors esset illi expectanda, ut dicit Florian. referens Valerium Maxim. in dict. §. mala medicamenta.

(6) *Melecinas*. Secus si aliquo admixto possent ad medicinam prodesset, ut in l. 17. tit. 5. Part. 5.

(7) *Encantaciones malas*. Hos vocat Consultus in dict. §. mala medicamenta, libros improbatæ lectionis, veluti artis magicæ, vel sortilogiorum, ut habetur 26. quæst. 2. per totum, ubi in cap. qui sine, tradit Archidiaconus de arte, quæ dicitur notoria, per quam quidam scire cupiunt; quæ est inefficax et improbatæ, ut etiam tradit S. Thom. 2. 2. quæst. 96. ad 1. art.

(8) *E destruir*. Nota hoc ad mandata confessorum, qui mandant continentibus, quos libros improbatæ lectionis comburant, facit l. damnato, §. 1. C. de hæretic.

(9) *Dellas*. Concordat cum dict. §. mala medicamenta, vers. sed et si quid ex peculatu, et adde quod habetur in l. 16. tit. 26. 2. Part.

(10) *De usura*. Nota bene, quia reprobatæ hic opinio illorum, qui dicebant, quod cum in usuris transferatur dominium in usurarium, licet repeti possent per conditionem indebiti, vel per conditionem ex canone, de usuris, per totum, bona quæ sita ex uxoris per defunctum veniunt dividenda inter hæredes; quam opinionem tenuit Jacob. de Aretin. et Ricar. et sequitur Bald. in l. bona quæcumque, C. famil. ercisc. et in dict. §. mala medicamenta, ubi et idem vult Florian. et etiam Alberic. Contrariam tamen opinionem, imò quod usuræ non veniant in iudicio divisorio, tenuit Odofred. in dict. §. mala medicamenta, dicens, quod si pater in extremis confiteretur, quod quidquid habet, quæsit ex usuris, unde mandat restitui, quibus est extortum. et si non apparent, mandat dari pauperibus, et filiis solam relinquat benedictionem; quod filii non habebunt inter se hoc iudicium, neque ista dividere possunt: et tenuit etiam Rofred. in tit. famil. ercisc. §. quantum est, et etiam Salic. in dict. l. bona, qui ponderat ad hoc dictum §. cum vult, quod injustè quæsit non veniunt dividenda, et non potest dici quæsitum, quando dominium non fuit translatum: tenuit etiam Guido de Suza relatus ab Alber. et hanc opinionem sequitur Joan. de Amania in rubr. de usur. ad fin. et sequitur etiam Socin. consil. 127. col. penult. vol. 5. quæ opinio approbatæ hic, et tene menti, et adde juxta istam materiam, quæ notat Bald. in l. cum oportet, in princ. col. 1. vers. modo quero, C. de bonis quæ liber. et Alexander in l. quod servus, D. de acquir. possess. et Paul. de Cast. in l. si hæres, D. ad leg. Falcid. in vers. item nota hic argumentum.

(11) *Tornar*. Non ergo erit melior conditio possidentis, sed compellendi sunt ad restitutionem; et confert quod notat Bald. in l. 1. in fin. C. pro socio. quod Episcopus poterit compellere socium illius, qui ex pravitate usuraria multa quæsit, et socio communicavit, ad restitutionem usurarum, licet iste socius, qui compellitur, non exercuit usuras, allegat l. quod enim, D. pro socio, et Martin. Silla. idem tenentem; et potest induci ista lex, quod si aliquis faciat majoriam de aliqua re, quam fortè per violentiam comparavit, quod hæredes non teneantur eam tradere ei, cui est relicta titulo majoriæ: in contrarium tamen ext textus, et ibi notat Paul. de Castr. in l. si à substituto, §. hæres, D. de legat. 1. in fin. et ibi Paul. vers. in legato autem certæ speciei. Quid autem si testator facit majoriam de tali oppido cum omnibus, quæ ibi possidet, an veniant etiam fundi, quos mala fide possidebat? Vide Bald. quod non, C. de verbor. signif. in rubric. vers. quid ergo.

(12) *Por Dios*. Adde quæ habentur in cap. cum tu, de usur. et in cap. cum sit, de Judæis. Et an poterunt ista distribui pauperibus per executores testamenti, vel debeat adiri Episcopus, vide per Joan. And. in cap. fin. de testam. lib. 6. et quibus pauperibus sint danda, an illis, qui sunt in loco, ubi exerent defunctus usuras vel rapinas, vel pauperibus domicilii defuncti, vide quod in hoc latè tradit Joan.

T. IV.

de Ana. referens consilium 52. Frederici in dict. cap. cum tu, col. 4. et 5. Et an super istis in certis teneat compositio facta? Paul. de Eleaza. in Clement. 2. de pæn. et remis. tenet, quod non; et refert, et sequitur Joan. de Imola, dicens, esse bene notandum contra componentes cum hæredibus usurariorum super usuris et malè ablati, quia non videtur valere talis compositio, neque patrocinari quantum ad Deum eis, quibus sit remissio, ut in regul. peccatum, de regul. jur. lib. 6. et hanc opinionem sequitur Baldus in l. post decisionem, C. de furt. quam sequitur Joan. Ana. in cap. cum sit, de Judæis. Cardin. tamen in dict. Clement. 2. in 5. notab. in terminis, quando quantitas est incerta, tenet, quod Episcopus potest transigere; secus si sit certa, argumento cap. quamquam, in vers. cæterum, de usur. lib. 6. et tenet Angel. in disputat. sua, incipit, Hastensis milcs, de quo vide etiam per Socin. in dict. consil. 127. quantum in præsentia consultatione, col. 5. et 4. An autem Papa possit absolvere, et liberare à restitutione istorum incertorum, etsi non fiat integrè, vide per Hostiens. in cap. 2. de pæn. et remis. et per Cardin. et Joan. de Mol. in dict. Clement. 2. et tradit etiam Socin. in dict. consil. col. 10. et vide Archiepiscopum Florentin. 2. part. tit. 2. cap. 6. in fin. et Sylvestrum in summa, in parte restitutio, l. 8. vers. 8. quæritur.

(13) *Por ellas*. Si enim defunctus pœnituit, et in vita restitui voluit talia ablata et injusta, etsi alius in se hujus satisfactionem suscepit, non volabit defunctus ad Patriam Cælestem, nisi completa satisfactione, ut tradit S. Thom. in 4. dist. 15. quæst. 1. art. 1. quæst. 5.

LEY III.—Quales ganancias es tenuto el vn hermano de partir con el otro (a).

Todas las cosas que el fijo ganare en mercaderia (1) con el auer de su padre (2) seyendo en su poder, todas las deue aduzir a particion con los otros bienes que fueron de su padre, e partirlas con los otros hermanos. Otrosi dezimos, que la dote (3), o el arra (4), o la donacion (5), que el padre diere en casamiento a alguno de sus fijos, se deue contar (6) en la parte de aquel a quien fue dada; fueras ende, si el padre dixesse señaladamente, quando gela daua, o en su testamento, que non queria (7) (b) que gela contassen en su parte. E esto ha logar, quando los hermanos tan solamente heredan los bienes de su padre, o de su madre (8). Mas si otro extraño fuesse establecido con ellos por heredero (c), estonce las ganancias sobredichas, o las donaciones, o dotes que fuessen dadas a los hermanos, non las deuen meter en particion con los extraños (9), nin las deuen contar en su parte con ellos.

(a) L. 7, tit. 4, y L. 14, tit. 6, lib. 3 del F. R.—L. 29 de Toro.—L. 5, tit. 3, lib. 10 de la N. R.

(b) Atiéndase á la glosa de Gregorio Lopez, en la cual advierte, citando la L. 29 de Toro, que es la L. 5, tit. 3, lib. 10 de la N. R., que el padre puede impedir la colacion en cantidad que quepa en la legitima, tercio y quinto de los bienes y no mas; pues en tal caso la prohibicion de colacionar equivale á mejoría.

(c) Hoy solo pueden concurrir con los descendientes las personas extrañas á quienes el testador haya querido dejar el quinto, y con los ascendientes aquellas á quienes el testador haya dejado el tercio.

LEX III.—Dividenda sunt inter cohæredes quæsitæ per filium cum bonis patris; et confert filius arrhas, donationem, et dotem profectiam fratribus in divisione paternæ hæreditatis, nisi testator ei donec in testamento, vel ne conferantur, exprimat; sed extraneo hæredi non confert filius cohæres supra dicta. Hoc dicit.

(1) *Mercaderia*. Habes hic expressum, quod omne id, quod lucratur filiusfamilias cum pecunia patris, dicitur peculium profectium, et totum quæritur patri, et post mortem patris venit conferendum fratribus; et idem habetur in l. 7. tit. 4. de las laoures, e particiones, lib. 5. For. II. et idem voluit Glossa in l. cum oportet, in

princ. de bon. quæ liber. et tenet Spec. tit. de judic. §. sequitur, vers. quod si alter filiorum; et sic videtur prout et glossator legum Tauri Didacis à Castello dicit in l. 29. in l. gloss. per istam legem corrigi illam communem Doctorum opinionem, qui in hoc concludebant, quod quatenus lucram est attribuendum pecuniæ, dicatur profectitium, et quærat patri; quatenus verò industria et laboribus filii, adventitium, et quærat filio quoad proprietatem, et non conferatur fratribus post mortem patris; quæ fuit opinio Jacob. Butri. in dict. l. cum oportet, et sequitur Bart. et communiter Doctores ibi, et tenet Bart. et Bald. in authent. ex testamento, ubi Bald. col. C. de collat. et quia hæc materia diffusè scribitur, reperio, quod Socin. consil. 92. l. vol. incipit, circa primum hujus consultationis articulum, col. antepenult. et penult. et fin. latè tangit istum articulum, et distinguit quinque casus. Primus, quando pater non vult per se negotiari, tamen vult negotiari per personam filii, et ponit filium, ut exerceat mercantiam suo nomine; et hoc casu dicatur totum lucrum profectitium, quia filius agit ut gestor negotiationis paternæ, et tenetur pater institoria vel exercitoria, ut Institut. quod cum eo. per totum, et facit ad hoc l. procurator ex re, D. de procurator. cui tu adde quod in hoc notat Bald. in l. certum, col. 1. vers. quæro hic, C. famil. erisc. ubi dicit, quod peculium recipit incrementum, et totum incrementum dicitur esse peculium ejusdem generis, l. peculium nascitur, D. de pecul. et si tu dicis, lucrum operæ est adventitium, concedo, dicit Baldus, quando filius operatur sibi; sed hic videtur operari ipsi patri, cum ejus opera accedat peculio, quod est in dominio patris, argumento l. scit, D. de oper. libertor. et confirmatur, dicit ipse, ponendo casum è contra, videlicet quod sit damnus et non lucrum, nunquid hoc damnus attribues operæ et imprudentiæ filii, ut pro aliqua parte resarciat fratribus? Certè non; imò si fratres volunt peculium, conferant ad debitum et ad damnus; ut in dicta l. certum; et sic in isto casu planè procedat ista lex Partitarum; et vide ad istum primum casum Socin. consil. 162. vol. 2. ubi notabiliter loquitur. Secundus casus est, secundum Socinum, quando pater non vult negotiari, sed dat pecuniam filio, ut se exerceat, sed ut sibi magis credatur, permittit, quod negotiaretur nomine patris; et isto casu dicit concludendum esse, lucrum esse dividendum, secundum theoriam Bartoli, et Baldi et aliorum, quæ est communis, de qua supra, cum pater noluit negotiari, et sibi totum querere. Tertius casus, quando pater concedit pecuniam filio in peculium profectitium, ut de ea ad libitum disponat, et patitur filium negotiari, non tamen expressè consentit, et tenetur tunc pater ex contractu filii actione tributoria, non in solidum, sed usque ad vires peculii, et concurrat ipse cum aliis creditoribus; non autem potest deducere, quod sibi debetur, ut D. de tributoria, per totum, et hoc etiam, casu potest procedere secundum eum dicta doctrina communis. Quartus casus est, quando pater concedit pecuniam filio, qui negotiatur patre ignorante, et tunc pater tenetur de peculio, et deducitur quod patri debetur, prout habetur Institut. quod cum eo; et hoc etiam casu procedat communis opinio jam dicta. Quintus casus est, quando pater non dat pecuniam filio, sed ipsemet accipit clanculum, et negotiatur proprio nomine, et iste casus est disputabilis secundum eum, sed tandem concludit adhuc in eo habere locum dictam communem opinionem. Tu cogita super his, cum lex ista Partitarum ita generaliter et indistinctè loquatur; sed fortè attendita æquitate restringenda sit ad dictos casus, juxta doctrinam Doctorum, maxinè cum etiam id, quod ex laboribus suis filius lucratur, jure etiam isto Partitarum dicatur adventitium, ut in l. 5. tit. 17. Partit. 4. ubi etiam vide quæ in ista quæstione dixi. Quid autem si post mortem patris unus ex fratribus exerceat mercantiam, an communicabit lucrum cum fratribus? Vide Bald. in l. si patruus, col. 2. C. communia viriusq. judic. et Decium consil. 255.

(2) De su padre. An hoc in dubio præsumatur, quod de bonis patris processerit? Vide per Joan. de Plat. in l. defensionis facultas, in fin. C. de jur. fusc. lib. 10. qui allegat Glos. decidentem in l. cum oportet, in princ. C. de bon. quæ liber. et tradit Alexand. consil. 51. viso testamen. 4. vol. quod recurrendum sit in hoc ad conjecturas, et in dubio debet præsumi de bonis patris acquisitum.

(5) La dote. Adde l. 1. et per totum, D. de collat. dotis, et l. filia dotem, C. de collat. et dict. l. 29. in Ordinam. Tauri.

(4) O el arra. De donatione propter nuptias dicit l. 1. tit. 11. Partit. 4. adde l. ut liberis, C. de collat. et dict. l. 29.

(3) Donacion. De donatione ob causam intellige; Glossa, Doctores

communiter in authent. ex testamento, C. de collat. et quia de donatione simplici dicitur infra l. proxima; patet etiam hic, cum subdit: que el padre diere en casamiento.

(6) Contar. Fit enim collatio dotis tanto minus accipiendo, ut in l. dotis, C. de collat. et fit etiam collatio re ipsa dotem conferendo, ut in l. filia licet, C. eod. et aliquando etiam communicando actionem, licet inanem fortè, ut in authent. quod locum, C. eod. et in l. 4. §. cum dos, D. de collat. dot. et aliquando etiam liberando cohæredes à dote promissa, ut in l. 2. C. eod. Bart. in l. 1. §. filiam, D. de collat. dot. et in l. pater filium, in fin. eod. tit. et quando dos est à filia recuperata, fit collatio re ipsa ponendo dotem in communi, secundum Bald. in dict. l. dotis quidem, et vide l. filius, §. filia, D. de collat. dot. ubi quid, si fiat mora in collatione dotis, et ibi Bart. et Socin. consil. 64. viso puncto, l. vol. Et de expensis factis in dote, qualiter deducantur, vide l. 1. §. cum dos, et ibi Bart. D. eod. de collat. dot. Socin. in dict. consil. vers. sexta conclusio: et si fundus dotalis detractis impensis est pretiosior, quam fuerit tempore dationis in dotem, et hoc est causatum ex sola temporum mutatione, debet conferri in ea æstimatione, quæ reperitur tempore collationis, secundum Paul. de Castr. in l. illud, C. de collat. per illum textum: et si effectus fuisset vilior sine culpa filia, similiter ea æstimatione debet conferri, quæ fuisset repertus tempore mortis, cum de collatione agi, ut in dict. l. illud, et tradit etiam Socin. in dict. consil. vers. septima conclusio. Si tamen ultra expensas factas est effectus pretiosior propter plantationem, et non propter mutationem temporum, illud plus, in quo est pretiosior, quam tempore quo habuit tantam adventitium, non conferatur secundum Paulum, et Doctores ubi supra, et Socin. in dict. consil. vers. 8. conclusio.

Et quid si dos perit sine culpa filia, quia vir factus est inops, fortè quia fuit in mari, vel res dotalis chasmate, vel alluvione perit? Bald. Novel. in tract. de dote, charta 9. col. dicit, quod tunc non imputatur in legitimam post mortem patris, cum etiam tunc pater teneatur redotare, si posset, ut in authent. sed quamvis, C. de rei uxor. action. et ita dicit se consuluisse. Et an dos quam avus paternus dedit nepti vivente filio patre ejus, mortuo patre imputetur in legitimam, quam debeat habere in bonis patris? Est quæstio latè discussa per Angel. et Alexand. in l. in quartum, D. ad leg. Falcid. et resolutio videtur esse, quod, aut constat avum dedisse contemplationis neptis, et non contemplatione filii, tunc non imputabitur in talenti legitimam; si verò dedit contemplatione filii, vel dubitatur, et tunc debet sibi imputari in legitimam debitam in bonis patris, quasi à patre suo dotata sit, l. sed si plures, §. in arrogato, D. de vulgar. et pupill. Quod tamen hodie in regno non procederet, cum per matrimonium liberetur filius à patris potestate per II. regni, et sic onus dotandi neptem, quo pater de jure antiquo tenebatur propter filium, l. dotem quam dedit, et ibi Bart. D. de collat. honor. l. 8. tit. 11. 4. Partit. cesset in isto casu, non potest dari, quod dos, quæ obvenit nepti ab avo, dicatur profectitia respectu patris, ut sic imputetur, per ea quæ notat Glossa in l. qui in aliena, §. interdum, in vers. faciet hæredem, D. de acquir. hæredit. Bart. in l. quæsitum, in princ. D. de legat. 1. vide per Alexand. in dict. l. in quartum, 14. et 15. col. et in consil. 51. viso testamento, 4. vol.

Quid autem si filia vivo patre decessit relictis filiis, an dos data filia computetur filiis ejus in legitimam? Bart. in dict. l. in quartum, col. penult. D. ad leg. Falcid. dicit, quod imputetur et conferatur per l. illum, C. de collat. et l. quoniam novella, C. de inoffic. testam. et per alia, quæ ibi videbis: ex cuius fundamentis potest colligi, quod hodie de jure regni, cum filia liberatur patris potestate per matrimonium, et sic dos data filia exivit à patrimonio patris, et in ea habet filios hæredes, non computabitur filiis in legitimam in bonis avi; et ita consuluit Paul. de Cast. in casu ubi erat simile statutum, consil. incipit, visis et ponderatis omnibus, et refert et sequitur Decius in l. illam, column. 11a. C. de collatione. Videtur tamen in hoc contrarium esse tenendum etiam de jure regni, per dict. l. 29. in Ordinam. Tauri, ibi cum dicit: ellos, e sus herederos: et sic etiam hodie de jure regni talis dos imputabitur nepotibus, et tenebuntur conferre eam, per dict. l. 29. et vide in materia notabile consilium Alexand. 4. vol. consil. 25. incipit, visis dubiis. Et an istud jus conferendi transmitatur ad hæredes? Vide textum et Bartol. in l. 1. §. ibidem, D. de collat. honor.

Sed quid si pater dedit filia magnam dotem et postea in testamento illam instituit in una uncia, et alium filium vel filios in residuo; utrum

si filia voluerit habere illam unciam ex testamento, cogatur conferre dotem, quam habuit? Raphael. Folgo. ponit istam quæstionem in l. si emancipati, col. penult. C. de collat. et concludit, quod si apparet patrem instituisse filiam in minima parte, eo quod prius magnam dotem habuisset, tali casu collatio cessabit, quia apparet de voluntate testatoris, argumento l. ex parte, §. intestato, D. famil. erisc. si verò non apparet de voluntate testatoris, collatio non cessabit, licet partes sint inæquales; habet tamen filia expeditum remedium, quod absteineat scilicet à bonis patris, et non cogetur dotem conferre, l. penult. et fin. D. de collat. dotis: et facit ad hoc l. 2. §. si tres, D. de collatione: « neque indignari eos, si plus conferant, et minus accipiant, quia in potestate eorum fuerit bonorum possessionem amittere; adde etiam dict. l. 29. in Ordin. Tauri, ibi: pero si se quisieren apartar de la herencia, etc.

Quid tamen, si filia esset meliorata in tertio et quinto bonorum, et velit prælegatum, et nolit succedere titulo universali ut hæres, an tunc teneatur dotem conferre? Et videtur quod non, cum tunc non sit locus collationi, ut tradit Jason. in l. si emancipati, column. 12. C. de collat. quod tamen intellige, nisi melioramentum cum datis in dotem esset inofficiosum, nam tunc rescinderetur à melioramento, quod esset inofficiosum, juxta notata in l. 1. C. de inoffic. donation. et in dict. l. 29. qui enim non vult succedere universaliter, non tenetur conferre nisi ad legitimam, vide per Bald. in l. si emancipati, in C. fin. de collat. et vide l. cum responso, C. de legat.

Sed an conferatur id, quod venit ad filium jure primogenituræ, seu majoriæ? Baldus dicit, quod non, in authent. ex testamento, col. fin. vers. 18. cap. C. de collat. quod planè procedit in his, quæ veniunt jure antiquæ majoriæ; si vero majoria esset nova, videtur quod si velit esse hæres, quod debeat conferre; vide quæ notat Bart. et Alexand. in l. si patroni, in princ. D. ad Trebell. et audio fuisse pronuntiatum in Cancellaria Granatensi, quod bona relicta titulo majoriæ imputarentur in legitimam: et sic sequitur, quod si imputantur, et conferantur, per regulam l. illud, C. de collat. Conferetur ergo premium rerum majoriæ novæ, facit l. omnimodo, §. imputari, C. de inoffic. testam. ubi pecunia data pro militia conferatur, et idem notatur ibi: de feudo empto à patre, vide Antonium in cap. 1. §. præterea ducaus, de prohibic. feud. alienat. per Freder. et Martin. Lauden. in tractat. de majoricatu: cogitabis super hoc.

(7) Non quera. Concordat cum authent. ex testamento, C. de collat. et intellige, nisi in id quod excedat tertium, et quintum et partem legitimam, nam quod excederet, tenetur conferre, ut in authent. unde si parens, C. de inoffic. testam. et in l. 29. in Ordinam. Tauri, et notat Bald. in l. si emancipati, in fin. C. de collat. et infra eod. l. proxima, in fin.

(8) De su padre, o de su madre. Advertet, quod collatio non habet locum nisi inter descendentes succedentes ascendentibus, et non inter alios, unde inter ascendentes, neque inter transversales, neque inter extraneos, non habet locum, secundum Bart. et Paul. et Alexand. et Doctores in l. si emancipati, C. de collat. ubi vide latè per Jason. col. 5. cum sequentibus.

(9) Con los estraños. Adde l. fin. vers. si autem, C. communia utriusque judicii.

LEY IV.—Como las donaciones que el padre haze en su vida a algund su fijo, si deuen ser contadas en su parte, o non (a).

En su vida faziendo donacion el padre a su fijo que estuviessse en su poder (1), si despues non la reuocare (2) fasta su muerte, este fijo aura la donacion que desta guisa le fuere fecha, libre, e quita: e non gela pueden contar en su parte (3) los otros hermanos en la particion (b), fueras ende, si el padre ouiesse dado en casamiento a los otros hermanos alguna cosa, segund dize en la ley ante desta. Ca, si este fijo atal quisiessse contar a los otros hermanos en sus partes, las donaciones que el padre les fiziera en razon de casamiento; estonce dezimos, que sea otrosi contada en su parte la donacion que el padre fizo a el en su vida. E esto es, porque se guarde igualdad (4) entre ellos. Pero si el padre fiziesse tan grand donacion al vno de sus fijos,

que los otros sus hermanos non pudiesssen auer la su parte legitima, en lo al que fincasse, dezimos, que estonce deuen menguar tanto (5) de la donacion, fasta que puedan ser entregados los hermanos de la su parte legitima que deuen auer.

(a) L. 7, tit. 4, y L. 14, tit. 6, lib. 3 del F. R.—L. 29 de Toro.—L. 5, tit. 3, lib. 10 de la N. R.

(b) Las donaciones que los padres hacen á sus hijos pueden ser de dos maneras: causales, cuyo motivo suele ser necesario ó útil, y simples, que tambien se llaman voluntarias, y son las que hacen los padres solamente por liberalidad. Las primeras se suponen anticipadas en cuenta de legitima, y por tanto se colocan primero en esta, imputándose el sobrante, si lo hubiere, en el tercio y despues en el quinto como mejor, porque se supone que los padres quisieron mejorar á sus hijos en esta parte; pero si aun excedieren del tercio y del quinto, son inoficiosas en el exceso. Las donaciones simples siempre suponen mejora; y por lo mismo, á diferencia de las causales, se imputan antes en el tercio, el sobrante en el quinto, y si quedare algun resto se coloca en la parte legitima; pero si aun á esta excedieren, el exceso será inoficioso. LL. 3, 4 y 6 de este titulo y Partida, LL. 5 y 6, tit. 3, y L. 10, tit. 6, lib. 10 de la N. R.

LEX IV.—Donationem inter vivos à patre filio factam, et non revocatam, non confert ipse filius, nisi et ipse cæteris fratribus donata velit sibi conferri: si tamen donatio est immensa revocatur usque ad legitimam cæteris persolvendas. Hoc dicit.

(1) En su poder. Innot ergo ista lex contrarium esse in donatione simplici, quæ fieret filio emancipato, illa enim venisset conferenda cum fratribus, ut in l. ut liberis, C. de collat. Bart. in l. 1. §. neque castrense, col. penult. D. de collat. honor. et in authent. ex testamento, C. de collat. et tradit Alex. in dict. ut liberis, ubi dicit, quod illa communiter tenetur: et ita videtur tenendum, licet Decius in l. illud, C. de collat. tenere velit contra istam communem opinionem, per textum in dict. l. illud, et procedit, sive tractetur de conferendo donationem aliis filiis, qui sunt in potestate, sive aliis filii emancipatis, nam etiam emancipati inter se conferunt donationem simplicem, ut tenet Bart. in l. si emancipati, in 2. quæst. princip. C. eod. ubi Alexand. col. pen. dicit, quod ista opinio magis communiter approbatur: quod consulendo limitat Decius consil. 59. licet in casu proposito, col. penult. vers. quinto quia saltem, quando ex hoc non resultaret inæqualitas inter filios emancipatos, sed in omnibus esset æqualitas; nam si resultaret ex collatione inæqualitas, tunc non deberet fieri collatio inter emancipatos; quod dicit esse de mente omnium Doctorum, considerata dicta ratione Bartoli, vide ibi per eum. Si verò donatio simplex fieret à matre, illa non venit realiter conferenda à dicta l. illud, et rationem differentie inter matrem, et patrem donante filio emancipato ponit Bart. in dict. §. neque castrense, col. penult. non tamen donatio facta à patre filio emancipato imputabitur in legitimam, nisi à patre sit dictum, ut in l. si quando, §. et generaliter, C. de inoffic. testam. et tenet Bart. in dict. §. neque castrense, col. penult. Hodie tamen per l. 26. in Ordinam. Tauri, filius sive suus, sive emancipatus, videtur melioratus in donatione simplici.

(2) Non la reuocare. Ex hoc apparet, quod loquitur de donatione simplici, quæ statim non valet, sed morte confirmatur; unde donatio, quæ statim valet inter patrem, et filium in potestate, prout est in aliquibus casibus specialibus, de quibus notatur in l. 2. C. de inoffic. donat. et aliis, talis donatio simplex veniret conferenda, prout tradit Alexand. in dict. authent. ex testamento, col. 2. vers. ex quo inferitur, et Socin. consil. 91. column. 4. et 5. volum. 1. cuius contrarium nititur fundare Decius in dict. l. illud. Et si esset donatio remuneratoria, quæ habetur quoad collationem sicut adventitium, non conferitur, secundum Bald. in dict. authent. ex testamento, col. 2. ubi etiam et Alexand.

(3) Contar en su parte. Contrarium videtur disponi l. 5. tit. 4. Partit. 5. sed dic, ut ibi dixi. Et advertet, quod ex isto verbo videtur destrui opinio Azonis, qui voluit, quod quando donatio facta filio in potestate, non tennit ab initio, sed morte confirmatur, imputetur in legitimam debitam filio, per textum in l. filium quem habentem, se-